Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tum fieri ex parte tumoris materie Sed
illud tpus pnipij qd reputat esse a me
dico pro spatio trium dierum Et e tertio
modo considerandum, tunc tpis optet, qd
illud tale apostema sit bene a medico
cognitum, et ante tres dies sit voluntas
sua bene defendendo in firmum cum medi
cinis appriatis ne venenum vadat ad cor.
In quo tali tempe aliqui medici ponunt
sup locum apostematum ventosam cum scari
ficatione Et aliqui ponunt sanguisugas
et aliqui ponunt tiriacam uel metridatum
et aliqui ponunt armoniacum dissolutum
in acreto, et aliqui ponunt galbanum uel
bdellium uel serapinum Et omnia ista, tam
simplicia qz composita tam cum vngentis
qz cum emplis sunt optima ut infra
dicetur Item alij ponunt sup locum alleum
pistatum Item aliqui faciunt vesicato
rium cum foliis flammule, sine pedis aure
dicte, aliter pedis corvi Item aliqui fa
ciunt vesicatorium cum cantaridibus et fer
mento et acreto mixte Item aliqui fa
ciunt cum synapi et cepe liliorum alborum
Sed ista talia vesicatoria ponuntur circa
cauillas pedum uel manuum in pte domes